

31

310

30

Acena del oir Confesiones los regulares no estando aprobados del obispo.



NOSEL LICENCIADO


DON ANTONIO DE COVARRV-
vias, y Leyua, Canonigo, Prouisor, y Vicario gene-
ral de Seuilla, y su Arçobispado, por el Illustrisimo
y Reuerendissimo señor Don Pedro de Ca-
stro, y Quiñones, Arçobispo de Seuilla, del Con-
sejo de su Magestad, &c. Hazemos saber a todas
las personas Ecclesiasticas, y seglares, y regulares,
de qualquier estado, y condición que sean, a què

lo contenido en estas nuestras letras toca y pertenece, y puede tocar y perte-
necer en qualquier manera, que nuestro muy Sancto Padre y señor Grego-
rio XV. a hecho y promulgado vna Constitucion Apostolica, del tenor
siguiente.

GREGORIVS EPISCOPVS

seruus seruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.



INSCRVTABILI DEI PROVIDEN-
tia vniuersalis Ecclesiæ regimini, meritis licet impa-
ribus, prædentes, pastoralis nostræ sollicitudinis
partes esse dignoscimus, in eam curam præcipuè in-
cumbere, vt à dignis, & probatis tantum sacerdoti-
bus sanctè administrantur Ecclesiastica Sacramèta;
Atquè vt virginum Deo sacrarum Monasteria dili-
gentissimè custodiantur; & viri assumantur idonei

ad prædicationis officium salubritèr exequendum. Sanè Tridentinæ Synodi *Ses. 23. c. 15*
decretis providè cautum est, nullum Presbyterum, etiàm regularem, posse
Confesiones secularium, etiàm Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum re-
putari, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen,
si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbatio-
nem, quæ gratis detur, obtineat. Nec non vt in Monasterijs, seu domibus vi-
rorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, *Ses. 25. dere*
præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia, perso- *gul. c. 11.*
næ; tam regulares, quàm seculares eiusmodi curam exercètes, subsint immè-
diatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem per-
tinent, iurisdictioni, vistrationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diocesi sunt
sita. Item què, vt Episcopi vniuersi sub obstantatione Divini iudicij, & intermi-
natione maledictionis æternæ. in omnibus Monasterijs sibi subiectis Ordina *Ses. 25. dere*
ria: in alijs verò Sedis Apostolicæ auctoritate clausuram sanctimoniam *gul. c. 5.*
A lium,

lium, ubi violata fuerit, diligenter restitui: & ubi inviolata est, conseruari maxime procurant; inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque poenas, quacumque appellatione postposita, compescentes. Atque ut regulares in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare volentes, se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur; in Ecclesijs verò, quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo prædicare possint sine Episcopi licentia: contradicte autem Episcopo, nulli etiã in suorum Ordinũ Ecclesijs, prædicare præsumant. Verum quia experientia compertũ est, Ecclesiastici regiminis rationes postulare: ut decretis eiusmodi aliquid adiungatur: matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, hac generali, ac perpetuo valitura Constitutione decernimus, estatuimus, & declaramus, ut deinceps tam regulares, quam seculares quomodolibet exempti, siue animarum curam personarum secularium Monasterijs, seu domibus regularibus, aut quibusvis alijs Ecclesijs, vel beneficijs, siue regularibus siue secularibus incumbentem exercent, siue alijs Ecclesiastica Sacramenta, aut vnum ex illis ministrant prævia Episcopi licentia, & approbatione; siue quo quomodo in dicta curæ exercitio, aut in eorũdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis administratione facto absque vlla auctoritate se ingerant: in his, quæ eiusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodè iurisdictioni, visitationi, & correctioni Diocesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, plene in omnibus subiiciantur. Ad hæc tam regulares, quam seculares huiusmodi nullis privilegijs, aut exemptionibus tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intrã septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiã regularibus subiectarum, ab Episcopo loci, similiter tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant. Confessores verò siue regulares, siue seculares, quomodocumque exempti, tam ordinarij, quam extraordinarij ad Confessiones Monialium, etiã regularibus subiectarum, audientias nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed & Administrent bona ad eiusmodi Monasteria Sancti monialium, ut præfertur, etiã regularibus subiectarum, pertinentia, siue regulares extiterint, siue seculares, quomodolibet exempti; Episcopi loci adhibitis etiã Superioribus regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamèn exigendas, redde re teneantur, ad id què iuris remedijs cogi, & compelli queant. Licet atque Episcopo, ex rationabili causa Superiores regulares admonere, ut eiusmodi Confessores, atque Administratores amoueant: ipsique Superioribus id facere detestantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem per dictos Confessores, & administratores amouendi quoties, & quando opus esse iudicauerit. Ac similiter possit Episcopus, vnã cum superioribus regularibus, quarumcumque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Prepositarum eorumdem Monasteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere, absque vlla tamen ipsorum Monasteriorum impensa. Ac demum habeat Episcopus, tanquam dictæ Sedis delegatus auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos tam seculares, quam

319

quàm regulares, qui in alienis Ecclesijs, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia; & in Ecclesijs suis, aut suorum Ordinû, non citata illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint. Ita ut Episcopi in superscriptis casibus, & in prænominas personas, in præmissis omnibus, & singulis aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiã extrã visitationẽ, per censuras Ecclesiasticas, aliaq; pœnas, uti eiusdem Sedis delegati, procedere, omnemq; iurisdictionem exercere liberè, & licitè valeant. Decernentes sic per quoscũquẽ Iudices quavis auctoritate fungentes, etiã Sacri Palatii Auditores, nec non Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis, aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiiri debere; Irritũ quoquẽ, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcũquẽ personarũ, atquẽ Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiã Sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationũ, Societatum, ac cuiusuis alterius instituti, etiã necessariò, & in indiuiduo exprimendi, Monasteriorum, Cõuentuum, Capitulorũ, Ecclesiarũ, & aliorum quoruncũquẽ tam secularium, quàm regularium locorum, nec non illorum, etiã iuramento, cõfirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, vel Consuetudinibus, etiã inmemorabilibus, exemptionibus quoquẽ, indultis, & priuilegijs, etiã in corpore iuris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine foundationis concessis, etiã Mari Magno, seu Bulla aurea, aut alijs nuncupatis, Conseruatorum deputationibus, eorumq; , atque alijs inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minimè teneantur: & quibusuis alijs, sub quibuscũquẽ tenoribus & formis, ac cũ quibusuis, etiã derogatoriã derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritatibus decretis, etiã Motu proprio, & ex certa sciẽtia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alijs quo modolibet, etiã per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis; etiã si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mētio, seu quẽtis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus, pro expressis habentes, quibus quoad ea, quæ eisdẽ præsentibus aduersantur, illis aliã in suo robore permanens, specialiter & expressè derogamus; cæterisq; contrarijs quibuscũq; . Cæterum quia difficile foret præsentis litteras ad singula quæ que loca deferri, ut ea tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad valvas Lateranen., & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, atquẽ Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ publicari, & imbi affigi, & per aliquod temporis spatium dimitti, eisq; detractis, earum exempla eo in loco relinqui. Ac volumus, ut earũdem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & Sigillo Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ munitis, in iudicio, & extra illud, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhibetur,

1916
tur, si fuerit exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, declarationis, decretorum, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc argente præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. DCXXIII. Nonis Februarij. Pontificatus nostri Anno secundo.

V. Dat.

S. Vrfinis;

Registrata in Secretaria Breuium,

IN nomine Domini Amē. Anno à Natiuitate Domini nostri IESVC HRISTI M. DC. XXIII. indictione sexta die verò octaua Mensis Februarij; Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. GREGORII Diuina providentia Papæ XV. Anno secundo, retrospectæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerint ad Valvas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. Principis Apostolorum de Vrbe ac Chancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem earundem literarum originalibus appensis per aliquod temporis spatium, & exinde remotis, deinde demissis earundem literarum coppijs affixis, ut moris est, per nos Cosman Modium, & Alexandrum de Rochis Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Octauus Spada Magister Cursorum.

LA qual por nos vista, y admitida, y obedecida; y usando como usamos, en quanto es necessario, de la jurisdiccion Apostolica, q por ella se nos comete. Mandamos dar, y dimos las presentes: por cuyo tenor les notificamos, y hazemos saber la dicha Constitucion, y les amonestamos y exortamos, y en virtud de sancta obediencia les mandamos, sopeña de excomunion mayor, trina, canonica monitione premissa, y de la nulidad de lo que en contrario se hiziere, vean la dicha Constitucion, y la guarden, cumplan, y executen, en todo, y por todo, segun y como en ella se contiene. Con apercibimiento que les hazemos, que haziendo lo contrario, se an declarados auer incurrido en las dichas Censuras, y dado por nulo todo lo que en contrario se hizier. Y so la dicha pena de descomunion, mandamos a qualquiera Notario, ò Escriuano, Clerigo, ò Sacristan, se lo notifique, y dello de fee. Dada en Seuilla, en nueue dias del mes de Abril, de mil y seyscientos y veynete y tres años.

El año de 1623 en mes de Mayo
del Pontificado